

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinder, Joseph

[S.I.], Anno MDCLXXXII.


7. Maij. Nonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295

S. BERNARDUS, ser. 21. in Canz.

Cum te torpore, acedia, vel tedium
affici sentis; noli diffidere, aut desi-
stere à studio spirituali: sed juvantis
require manum, trahi te obsecrans,
spōsae exemplo.

Torpos
spiritus
fiduciā
superā.
dus.



7. Maij. Nonis.

B. GOBERT, Comes Asperi mon- *Circa*
tis in Lotharingia, ut genere ac di- *annum*
vitijs potens; ita non minūs magnani- *1240.*
ma belli virtute celebris: qui proprijs
opibus militum copias contra Sarace- *Miles*
nos; ad recuperandam Palaestinam, e- *pīus &*
ductas, multis tuo ductu victorijs in- *fortis,*
clytas fecisti: tunc maximè de palma
lætus, cum ex manubijs egeni ditesce-
rent: quorum pater ac tutor vulgo au-
diebas. Sed gloriæ majoris avidus, ut
de mundo ac teipso triumphum ador-
nares, Cisterciensibus in Villario no- *& in se*
men dedisti. Hic arma in temet con- *rigidus*
vertens, vitæ austерitate, vigilijs (ad
quas te per varios cruciatus excitare
solebas) & orationum instantiâ, emi-
nebas præ multis: veluti etiam prodi-
giorum famâ: quibus post acceptam
in cœ-

354 ANNI CISTERCIENS.

in cœlis laborum coronam, sepulchri quoque honores cumulavisti. Tanta
Vincē- est pugnandi in hac vita necessitas, ut ne
dum, fugæ quidem remaneat locus: sed, quod
aut pe- Romanus ille Imperator dixerat, vincēdum
reundū sit, aut pereundum. Tu mihi, ne hostibus
succumbam, tuum de cœlo robur submittu.

Circa B. A D A M E, Abbas monasterij de
annum Trappa, egregiarum virtutum exem-
1200. plar, & miraculorum patrator mirifi-
ce: qui postquam monastici rigoris ob-
servantiam in provincia Parthica insi-
gniter promovisses, multosque ad eam
amplectendam doctissimis exhortati-
onibus invitasses, plenus diebus ac me-
ritis migrâsti ad Dominum. Utinam
ego tuum in conquirendo spirituali luci
Profici- fervorem aliquatenus imitarer, & veluti
endi tu proprio profectu non satiatus, etiam a-
studiū liorum salutem promovisti: ita ego in quo-
tidianas augendi meriti occasiones studi-
sius intenderem.

S. BERNARDUS, ser. 47. in Cant.

Profici- Nequaquam sufficit, semel vel secun-
endum dò operari, quod bonum est, nisi inces-
semper santer addas nova prioribus, quate-
nus seminans in benedictionibus, de
benedictionibus & metas.

8. Maij.